



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 184. An æquum sit, quòd res absolutè vendita, si pereat ante traditionem, pereat emptori.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42561

exigis pensionem ob fructus, qui nec sunt rei tuæ,
nec tibi debiti, ita *Rebell. Less. Laym. Castrop. d. 5.*
p. 26. n. 11. & alii communiter.

Q. 183. An liceat emere ab aliquo rem frugiferam, cum pacto de retrovendendo, ita ut emptor possit cogere venditorem ad rem redimendam, non computatis fructibus interea perceptis. R. Negant *S. Anton. Panorm. Sot. Salas* & alii cum *Castrop. d. 4. p. 9.* n. 7., quia illa non tam esset venditio, quam op-pignoratio, de qua n. 1115. Licebit tamen hoc, dummodo ab initio habeatur ratio majoris pretii pro valore prævisorum fructuum, ob quos res antecedenter est magis æstimabilis. Quod autem venditioni adjici possit pactum retrovendendi, dicetur n. 992.

Q. 184. An æquum sit, quod res absolute vendita, si pereat ante traditionem, pereat emptori. R. Videtur negari posse, 1. Quia res perit domino, venditor autem manet dominus, quamdiu non tradit. 2. Quia videtur iniquum, si emptor damnum ferat ob rem non suam. Sed tenendum est cum communii id æquum esse, quia jura sic statuunt, ut dictum est n. 705., possuntque videri *Laym. I. 3. t. 4. c. 17. n. 12. Castrop. d. 5. p. 14. 711s.* t. 4. d. 2. n. 410. *Ad 1. rationem oppositam,* R. Res perit domino, abstrahendo à dispositione juris, & quando alteri non est debita, C., si jura aliter disponant, vel res debeatur alteri, N. *Ad 2. N. esse iniquum,* nam venditor vicissim fert incommoda, ut quod non possit rem vendere alteri, & è contrà emptor commoda, nam percipere potest fructus rei, secundum dicta n. 977. & 978. *Dixi, absolutè vendita, si enim tantum conditionatè sit vendita, & ante conditionem imple-*

impletam pereat aut fiat deterior, damnum est venditoris, *fls.* suprà. Vide dicta n. 705.

- 934 Q. 185. *Quid addendum sit circa emptionem Chirographorum vel crediti alieni.* R. Seqq. §. 1. Quamvis *Caj.* *Panorm.* aliique apud *Lugo* d. 26. n. 95., quos sequitur *Dian.* p. 1. t. 8. R. 49. dixerint Chirographa aliaque debita immatura, id est, post-hac solvenda, quamvis sint certa, & absit damnum, nec cesseret lucrum, posse minoris emi, eamque sententiam probabilem agnoverint *Less.* *Mald.* *Lug.* *Sanch.* in *Consil.* 1. c. 7. dub. 17. *Laym.* n. 33. *Burgh.* cent. 1. cas. 45. aliique plures apud *Moy.* t. 1. t. 6. d. 6. q. ult. n. 11., eò quòd jus post annum recipiendi 100. videatur quid minus quoad humanum usum & æstimationem quàm 100. præsentes, tamen absolutè tenendum est oppositum, cum *S. Th.* *Sot.* *Castrop.* p. 13. n. 6. *Mend.* d. 6. n. 74. *Lugo* n. 96. *Loth* t. 10. a. 2. *Carden.* in 1. crisi d. 63. c. 5. & in 2. crisi d. 25. c. 4. *Spor.* n. 49. aliisque communissimè, atque ideo primam sententiam improbabilem esse dicunt *Mol.* *Bann.* *Salas*, uti refert *Moy.* n. 10. Ratio est, tum quia in hoc committitur usura ob virtuale mutuum, uti rectè *Busenb.*, tum etiam quia pecunia certò futura non est minùs æstimabilis quàm præsens, uti constat ex dictis n. 369. Excipiunt tamen *Nav.* *Less.* *Lugo* aliique communiter, nisi ejusmodi Chirographa vel debita obtrudenter, nam n. 935. diximus merces ultroneè oblatas vilescere, & meritò tum præsumitur subesse vitium vel periculum, notatque sapienter *Lugo* suprà, in praxi communiter veram esse primam sententiam, quia vix unquam erunt Chirographa aut debita tam certa, ut absit omne periculum sortis